



§. I.

Dixerat iam ante *Iohannes* χ . 5. et 6. DEUM esse in luce, nec ullas in ipso adesse tenebras; quisquis igitur communionem cum ipso habere discipiat, eum non in tenebris peccatorum cespitare, sed potius in luce ambulare debere. Quoniam igitur praevidebat Apostolus sibi obiectatum iri, non posse quemquam in luce versari, cum miseri peccatores simus omnes, tenebris peccatorum horribiliter immerfi: Hinc rege- rit Apostolus: *Et sanguis Iesu Christi Filii eius emundat nos ab omni peccato.* Ubi particulam $\kappa\alpha\iota$ non absque insigni empha- seos nota praemitti, ac idem quod *praesertim* denotare obser- vant interpretes, q. d. non deesse quidem in natura nostra hor- rendas ignorantiae pariter ac peccatorum tenebras, quae nisi remoueantur, omni cum DEO communionem nos excludere possint: Interim tamen praesentissimum purgandis illis pecca- torum sordibus, discutiendisque tenebris adesse remedium nempe *Sanguinem Filii DEI*, cuius interventu DEUS nos a singulis istis peccatorum tenebris repurget, luci restituat et in suam communionem cooptet.

§. II.

Cum autem vox $\epsilon\iota\mu\alpha\chi$ articulum $\tau\omicron$ comitem habeat, id nec
 A 3 incon-